Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26327
Copyright: Admont, Benediktinerstift



& gladium quem arripuerat circumspectans hostium
pauidus expectabat aduentum. Quem iam iamq; capi
endum uxor intellegens extorsit acinacem e manu &
latus eius transuerberauit. Compositoq; ex more cada
ueri se moriens supiecit. ne post uirginalia foedera
alterius contum sustineret. Xenophon in cyri maioris
scribit infantia occiso abradate uiro quem phantha
uxor uiro amore dilexerat collocasse se iuxta corpus
lacerum. & confosso pectore sanguinem suū marti
infudisse uulneribus. Iustam causam regis occidendi
putauit uxor. quam maritus nudam amico suo & se
ignorante monstrauerat. Iudicauit enim se non amari. quę
& alteri possit ostendi. Rhodogune filia darii post mortē
uiri nutricem quę illi secundas nuptias suadebat occidit.
Alcestin fabulę ferunt pro admeto sponte defunctam. & pę
nelopis pudicitia homeri carmen est. Laodamia quoq;
poetarum ore cantatur. occiso apud troiam protesilao
noluisse supuiuere. Ad romanas feminas transeam. &
primam ponam lucretiam. quę uiolate pudicitie
nolens supuiuere maculam corporis cruore deleuit.
Duillius qui primus rome nauali certamine trium
phauit bilium uirginem duxit uxorem tantę pu
dicitię. ut illo quoq; seculo exemplo fuerit. quo in
pudicitia monstrum erat non uirum. Iam senex
& trementi corpore inquodam iurgio audiuit ex
probari sibi os fetidum. & tristis se domū ereuit.
Cumq; uxori questus esset quare numquam se monuisset
ut huic uitio mederet. fecisse inqt illa. nisi putassem
omnib; uiris sic os olere. Laudandi mutroq; pudici

xxxvi.